**6318** Terracinae MAN. 5237; in aede maxima WINGH.; in foro CITT. (cod. Vat. 5253 f. 149); in templo divae Mariae in posterula PERVZZI CITT. (cod. Vat. 5253 f. 174 et Marc.); *nella piazza* GIOV.; ad radices scalae S. Caesarii MARANG. A. 1845 vidi ad aedem cathedralem, a. 1876 in claustro S. Salvatoris. — Sine loco FERR.; Romae apud SS. Apostolos in domo cardinalis Sipontini SAB.

TI · IVLIO · AVG · L
OPTATO
P O N T I A N O
laurus PROCVRATORI · ET laurus
PRAEFECT · CLASSIS
T I · I V L I V S
TI · F · FAB
OPTATVS · II VIR

Descripsi et recognovi. Ferrarinus cod. Paris. f. 142 inter add., Reg. f. 23′ (inde Petrus Sabinus cod. Chis. J. V. 168 f. 126 et apud Siederum f. 31); scheda tabularii Vaticani saec. XVI ea quae habet n. 6309; Balth. Peruzzi in delineatione quam servat museum Florentinum (cf. n. 6339); Cittadinius cod. Marc. p. 78 et apud Manutium cod. 5237 f. 199′, cod. 5241 p. 553, cod. 5253 p. 149. 174′, si quidem haec omnia ad Cittadinium redeunt; cod. Raffaelli f. 104; Winghius cod. Brux. 1, 71. 78; Grut. 423, 8 ex schedis Ursini duplicibus; Stephanonius cod. Leid. f. 181; Marangoni *cose gentilesche* p. 483; Pratilli App. p. 135; Giovenazzi apud Marinium ms. et apud Migliorium cod. Vat. 9143 n. 17; Gerhard apud Amatium cod. Vat. 9771 f. 4; Cardinali dipl. p. 15 n. 21 qui vidit; Garrucci cl. Mis. p. 26 n. 13.

Nominatur praeterea in diplomate a. 52 (vol. III n. I p. 844): *in classe quae est Miseni sub Ti. Iulio Augusti lib. Optato;* item apud Plinium n. h. 9, 17, 62: *(scaros a promunturio Troadis) advectos Ti. Claudio principe Optatus e libertinis* (vel *e libertis*; codd.* *elibertius*, pro quo non recte vulgo reponunt *e libertis eius* pleni nominis immemores) *praefectus classis inter Ostiensem et Campaniae oram sparsos disseminavit, quinquennio fere cura adhibita, ut capti redderentur mari.* At *Claudium Optatum Aug. l. procuratorem portus Ostiensis* tituli Ostiensis Mur. 894, 5 patet diversum esse. Praeterea nota cognomina equestria in homine libertini ordinis, sed ad maiora provecto; ut Icelum Galbae libertum *anulis donatum equestri nomine Marcianum vocitabant* (Tacitus hist. 1, 13).

**6319** litteris bonis et magnis. Terracinae in domo Antonelli.

LIVIO
AED
HISP

Descripsi.

**6320** in altera parte legitur pars tituli miliarii aetatis labentis, quem dabimus suo loco; hic igitur ubi primitus collocatus fuerit, incertum est, neque ex honoribus de eo coniectura capi potest, cum praetor duovir in hac Latii regione praeterea nusquam reperiatur. In re incerta collocavi inter Tarracinenses. *Sasso di forma parallelepipeda, alto m. 0. 88, largo e grosso m. 0. 65, giaceva nel luogo detto Capo Selce al LV° miglio dell' Appia, presso gli avanzi di un ponticello dell' Appia costituito da soli cinque cunei* LANC.

cN · O C T A V I O · A
P R A E F · C L A S S I S
A E D · P R · II V I R
CAVDINA · C · F · AVONCVLO

Acceptam a Bompianio edidit R. Lanciani *Bullettino della Commissione archeologica comunale di Roma* 1878 p. 131 n. 107.

**6321** cippus rep. ad paludes Pomptinas a. 1796 MAR. Rep. a. 1796 prope Tarricinam, deinde Romae apud Rusconium VISC. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. cos. I). — Gabiis HENZEN errore.

Q · R O S C I O · S E X · F
Q V I R · C O E L I O · M V R E N A E
S I L I O · D E C I A N O · V I B V L L O sic
P I O · I V L I O E V R Y C L I . H E R C L A N o
P O M P E I O · F A L C O N I · C O S
XV · VIR · S · F · PRO · COS · PROVINC · ASIAE · LEG · PR · PR
IMP · CAES · TRAIANI · HADRIANI · AVG · PROVINC
BRITTANNIAE · LEG · PR · PR · IMP · CAES · NERVAE
TRAIANI · AVG · GERMANICI · DACICI
*pr*OVINC · MOESIAE · INFERIOR · CVRATORI
*uiae* TRAIANAE · ET · LEG · AVG · PR · PR · PROVINC
*iudaeae e*T · LEG · X · FRET · LEG · PR · PR · PROV · LYCIAE
*et pamphyl*IAE · LEG · LEG · V · MACEDONIC
*in bello dacico donis militari*BVS · DONATO
A

Recognovit Henzen. Marini ms. *da un apografo alquanto scorretto;* Visconti ms. Paris. 7 f. 249. 260 et Mon. Gab. p. 155 (inde Henzen n. 5451).

Restituit Borghesius Burbul. p. 24 = opp. 4, 125. — 13 HAE · LEG Mar., YLIAE · LEG Visc. — 14 ...BVS hodie, MILITARIBVS Visc., om. Mar. — 15 A servavit Mar.

**6322** basis in qua statuae vestigia apparent DON. Terracinae ad litus maris SIRM. DON.; *nel porto* GIOV.

Q · POMPEIO · Q · F
QVIR · *seneci*ONI
SOSIO · PRISCO *c. i* ante a. 169
patera SALIO · COLLIN*o* vasculum
TARRICINEN*ses*
D E C R E T O
D E C V R I O N V M
PATRONO

Tria exempla extant Sirmondi cod. 1419, 119; Nicolai Alemanni apud Donium 4, 18 (inde Mur. 173, 8); Giovenazzii cod. Vat. 9144 f. 38. Orell. 2245.

1 C · PONTIO... Giov. — 2 sic Don., QVIRI...ONI Sirm., punctis explet versum Giov. — 3 PRISCO... Don., P.ISCO Sirm., om. in hiatu Giov. — 4 COLLIN Don., .OLLIN Sirm., om. in hiatu Giov. — 6 DEC... Giov. — 7 DECVRIONV Don., DEC... Giov. — 7 PATRON Sirm. Don.

Statuae hae simul videntur dedicatae esse, nam patris sunt et filii. Pater is est, ad quem scriptae sunt epistulae Plinii 1, 23. 4, 27. 7, 22. 9, 15 et Hadriani Dig. 28, 3, 6, 7, hospes imp. Pii (Fronto ad Marcum 2, 11). Filius postea fasces gessit a. p. C. 169, notus praesertim ex titulo Tiburtino XXXVI nominum Orell. 2761. Cf. Borghesi opp. 8, 365 quaeque adnotavi ad vol. VIII n. 7066.